Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam speranda pietatis indulges: intercedente beato Augustino confessore tuo atque pontifice. consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dominum. Secreta.

Precamur nobis domine ut sancti Augustini confessoris et epi precibus quem ad laudem nostri nominis dicatis muneribus honoramus: pie nobis devotionis fructus accrescat. Per.

Ut nobis domine Compl.

tuis sacramentis dent salutem: beatus confessor tuus Augustinus precator accedat. Per dominum. In decollatione s. Johannis Bap.

Sancti Johannis baptiste et martyris tui domine cuius veranda festivitas salutaris auxilium nobis prestet effectum. Per dominum.

Munera que tibi Secreta.

domine pro sancti martyris tui Johannis baptiste passione deferimus: eius ut eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per dominum. Com.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui in sancti Johannis baptiste et martyris tui passione dona percipimus sacramenti: eius intuentes auxilium tuum sentiamus. Per dominum. Eodem die

Deus qui Sabine v.

inter certa potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti. concede propitius: ut cuius natalicia colimus. per eius ad te exemplum gradiamur. Per dominum.

Hostias tibi domine Secreta.

beate Sabine martyris tue dicatas muneribus benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue proficiens subsidium. Per dominum. Com.